



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

XV. Iac. Sadoletvs S.R.E. Cardin. Henrico Lusitano S.R.E. Cardinali, S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](#)

fratrumque meis optatis de te tua virtus atq; industria mirificè responsum. Petoque à te, ut quoniam propiores iam sumus, quām fratres, scilicet experti nos missio literarum, ne me tuarum remedium aequem experte esse finas: scribasque interdum ad me, inquit, ut ex litteris tuis intelligam me tibi esse cordi. Quanquam, quoniam tui molestissimum audiuimus te laborare quartana febis, sed tenuis prudenter futurum quemadmodum cupimus, confido tibi celeriter futurum quemadmodum cupimus ut vnde ut valeas, firmusq; sis. Quod ex sententia tibi & deinde nostra ut contingat, Deum rogo supplex atq; oro. Vale mihi. Dixit Romae, M.D. XLVI.

XV.

IAC. SADOLETVS S. R. E. C A R D I N.

Henricus Lusitanus S. R. E. Cardinalis, S. P. D.

A Ceteris literas tuas, plenas humanitatis arque officij: in quibus quoddam mihi gratias agis, quod te mea sententia in fama collegiorum nostrorum cooptandum duxerim, eiusmodi que exponimus non differendam in aliud tempus: quae antequam locum nisi dicendi datum est, in senatu sententia valere videbatur: sed in primis & in praesentia declarandam censurum: facis tu quidam gato animo, agnosco que in eo humanitatem tuam. Sed quia ei opinione sum, que claris & praestantibus viris officia cultum, et non tam gratia ab iis qua tributa sunt, quām gratia ab omnibus celebrari conuenire. Ego cum de ruis plurimi agnoscique virtutibus, que & ad doctrinam, & ad religione patrem: multa sepe audisem, que mihi penitus infidelem anno: clesque tu præterea eius regis frater, quem nos post nunc vere Christianum Regem hac nostra atate possumus agere: purum arque integrum ab omni Christiani sanguinem, idem Christi sanctissimam longè lateque propagare: non mirum, si omnes meas curas, omnes contentiones, communia ad augendum honorem & amplitudinem tuam constanter praeficerim: cum is sim, qui erga tales animos incredibiliter opus studio benevolentiaque afficiat. Quam obrem quod ego haec, id tumulo veliro merito a me factum est. Quod tu auferas, nemini ex eo gratiam te debere agnoscas, magis id bonum non quam illi meo merito aequum est assignare. Sed de his lata illud quod est in literis tuis scriptum, quodque ego plurimi annos imprimisque expecto a te uti prætestes. Scribis enim te & fidem Catholicam, & fides Apostolicæ autoritati, quarum veraque agitur in hoc tempore procellis tempestaribusq; iactatur, para-

B b 5

tuum

tum esse vel tuo sanguine subuenire, si ita res fera: conaturus
id facere omnibus tuis opibus, hoc maiore animo, quod ille ho-
nos, atq; illius amplissimi iacerdotij dignitas maiorem cibis fod-
tatem eius rei agendarum videatur allatura. Iste animus tuus, Hennae
optime, tuaq; praefans atq; eximia in Christianam Remp. volu-
tas, ea est profectio, que te superiorem omni honore facit. Tu ve-
ro subuenies (mibi crede) tuaq; opera plurimum & automata
Remp. adiuuabis. Quid enim est quod tanta virtus non queri
efficere, praesertim tot ornamenti fortuna & nobilitatis adiutum.
Sed initium tam praeclarri operis, nisi ego fallor, tibi inde duce-
dum est, ut frater tuus, clarissimus Rex, veterem fidem & fideum
maiorum omnium in handa sanctam Apostolicam fedem obser-
uantiam: quae vestra regia familie & nomini vetro maximam
semper laudem attulit, nullis hominum insidiis, nullisq; machi-
nationibus paciatur interrumpi. Quod non scriberem, nisi mihi
quædam intruerit, nonnulla extimescent, tu opportunissimo
tempore viuis es vocatus ad eum honorem diuino propè con-
silio, in quo tua partes præcipue futura esent pacis & amicitiae
stabilis retinendas. Quod quidé à tua virtute atq; prudentiam
maximè expectatum est. Sed de his quoq; plus etiam sat. Extremè
est, ut tibi omnia tua studia mihi pollicenti, non solum agam, ut
debeo, gratias: sed parti voluntate & benevolentia ita respondam,
& amicitiae fides, & bonorum virorum mos & natura ipsa perfu-
lit. Quare sic habero, me & permagni facere amorem erga
tuum, & in omnibus rebus que ad dignitatem tuam pertinet, ut
ea semper acturum es, eaque sensurum, ex quibus meis vicinii
amor in te summus, & singularis obseruantia appearat. Vale. Re-
mæ, XII. Calend. Septemb. M. D. XLVI.

X VI.

I A C. S A D O L E T. S. R. E. C A R D I N A L I S
Georgio Calio Lusitano S. P. D.

LITERAE tuæ, quas mense Septembri Vlrixpone datas, ego
ad tertium Idus Aprilis accepi, summan quamdam militari-
que incredibilem volupratem attulerunt. Vidi enim in illis &
perspexi, non solum qui tu vir es, quo ingenio, quo doctrina,
qua etiam eloquentia prædictus: sed etiam quanto per me dilig-
eres: quo munere atq; honore, a tali viro præseruit, nihil habeo
quod vel optare possum præfatus: quoniam tu in me laude-
do aliquo pro es effusor. Sed ut ego eas in me laudes non ago-
scio, si benevolentiam tuam erga me amicissime complector,
parq; in meamoris & voluntatis studium referto tibi, atq; redi-
poema tuu (quod patere omnibus necesse est) omni ex parte
hoc.